



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 41. Beneficia conservantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

obfirmavit animum. Præterea ex Cardinalibus Pictaviensi, & Salutiano, aliis que Viris cognovimus Papam Benedictum consensisse in cessionem ab intruso pertinaciter denegatam. Insuper Cardinales quos res tangit proprius, ad obsequium rediisse cernimus.

Sæcul. XV.  
A. C. 1403.

Ob hæc omnia de sententia nostrorum patruorum, & fratri nostri Ducis Aureliæ, Præsulum, & Universitatum Parisinæ, Aurelianensis, Tolosanæ, Andegavensis, & Cesseroniæ, itidem de consilio multorum regni nostri Procerum, ac Nobilium abrogamus decretum prius; & Papæ Benedicto XIII nostram, ac regni nostri obedientiam veram denuo addicimus, cunctis Prætoribus nostris diserte imperantes, ut voluntatem regiam publice denunciandam current, ac hujus violatores severe puniant.

### §. XLI.

#### *Beneficia conservantur.*

Benedictus re comperta volebat statuere de cunctis beneficiis, quæ post negatam obedientiam vacaverant; præser-  
tim de abbatia Dionysiosfanensi collata  
Philippo Vilettio. Nec Regi Carolo gra- *J. Juven.*  
tificabatur per legationem oranti, ut fa- *p. 154.*  
ctas interea collationes cunctas confirma- *Sup. §. II.*  
ret. Ipse Dux Aureliæ tanti æstimatus

Nn 5 amicus

Sæcul. XV.  
A. C. 1403.

*Labour.*

p. 477.

*Libert.*

p. 466.

amicus ejus Vindomago, ubi 3 Oct. agebat, ibat Avenionem : sed nihilo plus effecit, quanquam optime receptus. Offensus Rex convocato Consilio decrevit Beneficiariis possessionem justo titulo acceptam stabilire.

Quocirca edidit hujusmodi declarationem : Papæ Benedicto iterum genorem jubentes voluimus firmas manere quaslibet beneficiorum collationes negatæ obedientiæ tempore factas. Sed ut audimus, Papa nihilominus sacras dignitates, ac beneficia illis, quibus tum collata sunt, adimere, aliisque tribuere cogitat: & per nostri regni provincias misit, qui pecunias nimias sub nomine fructuum vacantium, aliorumve jurium per annos quadraginta perhibitorum exigent: quæ res gravia crearet incommoda. Nos ea præventuri fancimus, ut Præfules, ac beneficiarii per tempus recusatæ obedientiæ designati tranquilla in possessione permaneant; neque sub obtentu fructuum vacantium, procuratum, aliarumve obligationum pecunias, vel usuras ex pensionibus non solutis pendere cogantur. Dabat 19 Dec. 1403.

### §. XLII.

*Sigismundus Hungariæ Rex.*

Interim Papa Bonifacius per litteras Apo-